UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Epistolai tu hagiu Isidōru tu Pēlusiōtu

Isidorus <Pelusiota>

Parisiis, 1585

Lampetio. 114.

urn:nbn:de:hbz:466:1-71898

Visual Library

Dei fecit eum. Ac rurſum: Et pluit Dominus à Domino ignem & ſulphur. Et alio loco: Dominus Deus tuus, Dominus vnus eſt. Quid igitur hîc dicere queant Iudæi? Neque enim nobis, qui tres perſonas atque vnam ſubſtantiam conſtituimus, hi loci quicquam aduerſantur. At cõtrà ipſis ora prorſus occludunt. Ex his itaque perſpicuè conſtat, indubitatam penes Eccleſiam palmam atque coronam eſſe.

Zoſimo Presbytero. 113.

Si, vt nonnulli dictitant, ex eo quod ſalutem & exiſtimationem nihili omnino pendis, & effrenatum atque impotens ianuæq; expers os habere, & aduerſus eos, quos minimè fas eſt, impetum facere videris, nos quoque fortaſſe operam ludimus, qui implacabilem feram monere aggredimur.

Lampetio. 114.

Beatus es, ac mirificis laudibus dignus, vt qui hoc ſis, quod vocaris. Nam cùm ea, quæ collibuerit facere poſſis, tu tamen ea ſola, quæ Scripturis ſanctis, ac diuinis legibus & inſtitutis grata ſunt, facere non intermittis.

Eudæmoni. 115.

Quoniam per literas ex me quæris, quã ob cauſam Ioſeph aliis omnibus fratribus prætermiſſis, Simeonem ſolùm, tanquam reditus fratrum prædem & obſidem futurum in vincula coniici iuſſerit, hoc dico, id eum hac de cauſa feciſſe, quòd ipſe, eorum, qui tragœdiam illam aduerſus eum ſtruxerant, princeps extitiſſet. Nam ſi cum natu maximo, qui optimam ſententiã propoſuerat, ſeſe coniunxiſſet, fortaſſe conatum illũ & inſidias euertiſſet. Etenim iunior quidem eo erat, vt qui ætate ſecundus eſſet, at cæteris antiquior. Ac probabile eſt, alios quoque aut metu perterritos, aut ex maiorum natu conſilio & ſententia pu-

ἄνθρωπον. καὶ εἰκόνα θεοῦ ἐποίησεν αὐτόν, καὶ ἔβρεξε κύριος παρὰ κυρίου πῦρ καὶ θεῖον, καὶ κύριος ὁ θεός σου, κύριος εἷς ἐστί. τί οὖν ἂν φαῖεν ἐνταῦθα Ἰουδαῖοι. ἡμῖν μὲν γὰρ οὐκ ἐναντιοῦται οὐδὲν, τοῖς τρεῖς ὑποστάσεις μίαν οὐσίαν ὁριζομένοις. αὐτῶν δὲ παντελῶς ἀποκλείει τὰ στόματα. δῆλον οὖν ἐκ τούτων ὡς ἀναμφισβήτητός ἐστιν ὁ τῆς ἐκκλησίας στέφανος.

Ζωσίμῳ πρεσβυτέρῳ. ριγ.

Εἰ κινδυνεύεις, ὥς φασί τινες, ἐκ τοῦ καὶ σωτηρίας καὶ ὑπολήψεως κομιδῆ καταπεφρονηκέναι, στόμα μὲν ἀχάλινον, καὶ ἀκρατὲς, καὶ ἀπύλωτον ἔχειν. φέρεσθαι δὲ καθ᾽ ὧν οὐ θέμις, ἴσως καὶ ἡμεῖς ματαιοπονοῦμεν παραινοῦντες ἀμειλίκτῳ θηρίῳ.

Λαμπετίῳ. ριδ.

Μακάριος εἶ καὶ θαυμαστὸς, τοῦτο ὢν ὅπερ καλῇ. δυνάμενος γὰρ πράττειν ἃ βούλοιο, ἃ ταῖς ἱεραῖς γραφαῖς, καὶ τοῖς θείοις θεσμοῖς ἀρέσκει μόνα πράττων διατελεῖς.

Εὐδαίμονι. ριε.

Ἐπειδὴ γέγραφας δι᾽ ἣν αἰτίαν τοὺς ἄλλους ἀδελφοὺς παρεὶς ὁ Ἰωσὴφ, τὸν Συμεῶνα μόνον ἐκέλευσε δεθῆναι ὅμηρον τῆς τῶν ἀδελφῶν ἐπανόδου γενησόμενον. φημὶ, ἐπειδὴ τῶν τὴν τραγῳδίαν ἐκείνην κατ᾽ αὐτοῦ δραματουργησάντων κορυφαιότατος ἦν. εἰ γὰρ ἐφράξατο μετὰ τοῦ πρεσβυτάτου, τοῦ γνώμην ἀρίστην εἰσηγησαμένου, ἴσως ἂν καὶ τὴν ἐπιβουλὴν ἀνέτρεψεν. ἐκεῖνος μὲν γὰρ νεώτερος ἦν, δεύτερος ὢν καθ᾽ ἡλικίαν, τῶν δ᾽ ἄλλων πρεσβύτερος. καὶ εἰκὸς ἦν καὶ τοὺς ἄλλους ἢ φοβηθέντας, ἢ δυσωπηθέντας τὴν τῶν πρεσβυτάτων γνώμην, σβέσαι τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ μάλιστα